



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Verna - A Dominica Septuagesimæ, ad Dominicam SS. Trinitatis

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Ad Evangelium Feriæ. De Lazaro infirmo, mortuo & suscitato.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44214**

Rom. 14. Subditos vel Spectatores tuæ superbiæ. Noli cibo tuo, noli superbia, noli impatientia tua, illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Noli propter escam destruere opus Dei.

III. PUNCTUM.

SIC prudenter ergo tibi cavendum est, ne vituperetur ministerium tuum, ut, si nimis id caveas, non satis caveas; & tu ipse illud magis vituperes & probrosum reddas per nimiam illam sollicitudinem, quæ meta est superbia seu ambitio, quàm si aliam dases offensionem. Hoc est, quod præsertim in Pharizæis carpebat Dominus, *Va vobis quia diligitis primas cathedras.* SED *va nobis miseris,* inquit S. Hieronymus, *ad quos Pharizæorum vitia transferunt.* Præclare verò sanctus Gregorius: *Nullum puto ac aliis maius præiudicium quàm à Sacerdotibus tolerat Deus, quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla pravitatis cernit, quando ipsi peccamus, qui compescere peccata debuimus. Nulla animarum lucra quarimus, ad nostra quotidie studia vacamus, terrena concupiscimus, humanam gloriam intentam mente captamus. Et quia eo ipso, quo ceteris prælati sumus, ad agenda qualibet maiorem licentiam habemus, susceptæ benedictionis ministerium vertimus ad ambitionis argumentum.*

Non sic Christus, non sic Apostoli, quorum certe non minus intererat quàm tuâ re-

fert, suam tueri autoritatem suamque decus. *Sed tempus est acquirendi & tempus perdendi. Eccl. 3.* Quod videtur aliquando pro Christo perdi, melius suo tempore per Christum invenitur. Si quid pro suo munere respondendum: *Cum modestia & timore,* inquit S. Petrus, *conscientiam habentes bonam, ut in eo, quod detrahunt vobis, confundantur qui calumniantur vestram bonam in Christo conversationem: melius est enim benefacientes, si voluntas Dei velit, pati, quàm malefacientes, quia & Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustus: de quo propterea dictum est: ECCE HOMO, Id est, exemplar omnium hominum, ECCE REX VESTER, cui scilicet subditi conformandi; Nunquam certe excellentius Rex & Homo Christus est dictus, quàm cum sic per ludibrium Rex & Homo dictus est, quia sic ipse subditus Deo Patri, nos sibi subieciat, nos illam docendo subiectionem, in qua rota est excellentia hominis qui alios regit.*

Cave autem ne opere dicas, quod Judæi ore clamant: *Tolle, tolle, non habemus Regem nisi Cæsarem.* Tu verò, nisi Mundum aut appetitum. *Nos habemus legem,* inquebant, & secundum legem nostram debet mori: Mentiebantur, sed mundus & appetitus habent legem, legem carnis, legem membrorum, secundum quam Christus debet in illo corde mori, quod ex illa lege vivit & movetur. *O Ecclesi. 4. mors, quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis!*

PRO EADEM FERIA QVADRAGESIMALI.

Ad Evangelium, de Lazaro infirmo, mortuo, & suscitato. Ioan. 11.

DE his tribus Lazari statibus, proponuntur distinctæ Veritates, tribus primis Feriis hebdomadæ vicissimæ quintæ post Pentecosten, in quarta parte.

SABBATO  
CHRISTVS A PILATO EX

*Humano respectu condemnatus ad mortem.*

Pilatus volens populo satisfacere, tradidit Iesum flagellis caesum ut crucifigeretur. Marc. 15.

VERITAS PRACTICA-  
Humanus respectus, inhumanus Christi despectus.

Haynesvæ Pars 2.

RATIO supponit duo per se satis nota: primum, quod respectus humanus sit, quando consideratione personarum, quibus place-

V

re